



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Avla ... Thesavrorvm Dei In Passione D. N. Iesv Christi
Effusorum ad Resvrrectionem Mvltorum**

Eyschen, Georg von

Coloniæ, 1657

§. 220. Ducebantur & alii duo nequam cum eo ut interficerentur. v. 32.

urn:nbn:de:hbz:466:1-45549

vitis fructus optimos nunquam non producens, à filiis vestris tam impie & atrociter judicor & tractor, illudor, angustior, &c. quid de illis futurum putatis, qui tanquam palmites aridi erunt à vite vel oliua, optimi fructus matre, radicitus avulsi? Deus pater mihi filio suo omnium innocentissimo non parcit, sed pro abolendis realibus alienis tam severe a deo dilectum percussit, quomodo mei Crucifixoribus & granium peccatorum operariis parceret? quandoquidem promissit redditurum se unicuique secundum opera ejus.

O Peccatores, peccatores evigilate. Quid adhuc iniquitatibus nostris adblandimur? Videntes Christum tam horrenda pro nobis passum supplicia? qui tuit arbor salutaris, optimique succi plena, & vere frugifera, & tamen Deo permittente in ignem amaræ passionis coniectus est. Quid oro fiet de nobis maxima peccatorum mole gravatis, qui in vanum viximus, sicut vivunt ligna infrugifera vel arbores infructuosa! *ô Deus misere, miserere & miserere.*

§. 220. *Ducebantur & alii duo nequam cum eo ut interficerentur. v. 32.*

Recte Evangelista dicit, ductos fuisse etiam alios duos nequam, hi inviti ducebantur, Christus autem ibat se ipsum offerens, volens, lubens, bajulansque sibi crucem propriam, plenus desiderio salutis nostræ; dicimus nimirum ille amator ad mortem currebat incitatus flammis & ardoribus dilectionis, propter infinitam in nos Charitatem & vehementiam amoris, id est mori volebat in amore, per amorem; pro amore & amore.

O Bonitas æterna! O Clementia! spes atque refugium peccatorum! indigestne aliqua Creatura tua, quando sic agis, tamque sollicitè eam quaeris; ac si absque ea vivere non valeres? profecto non egres, ex quo vivunt omnia, & sine quo nihil omnino factum est; sed amor inestimabilis, & immensa benignitas Creatoris hoc totum quod video, lego & audio fecit, ista excessum istum causavit, qui in alio homine vocaretur dementia & fatuitas, si sic duce eligeret ob amorem alterius. Sis igitur benedictus in sæcula, Amen.

§. 221. *Vi interficerentur. v. 32.*

Novum ab his duobus nequam tormentum accessit, sive isti casu ab hominibus adiuncti sint; sive ex intentione. Nemo enim naturaliter cum infamibus & cum contemptis ambulat, habitat, aut conversatur. Ipsos filios solet pudere, si paulo melius sint vestiti, quam parentes sui, & si tunc parentes vel cognati deterius vestiti, vel moribus simplices

T 2

iptos